



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

17. An Episcopus possit supplere aliquem defectum ordinationis quovis tempore? Et an quando supplendus est aliquis defectus Ordinum, non sit necessarium iterari omnes ritus Ordinum, sed illum solum, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

facit, quod in Pontificali cum ordinantur Subdiaconi, dicitur omnes debere successivè tangere Calicem & Patenam, & tamen verba dicuntur simul omnibus, ita ut sit certum, cum plures accedunt ad tangendam, iam esse finitam prolationem formæ, & id ipsum notatur ibidem in minoribus Ordinibus.

3. Verum non grauabor hic apponere verba Iacobi Granado in 3. part. de Sacramenta, controvers. 9. tractat. 1. diff. 6. num. 16. vbi tenet posteriorem sententiam negatiuam esse longè probabiliorem, & addit. quod si iterius peratur an contraria opinio sufficientem habeat probabilitatem, vt iterari debeat Ordine, quando materia & forma secundum nullam partem coexistenter realiter, dicetur duo sub meliori iudicio. Primum est in Subdiaconatu, & minoribus Ordinibus nullo modo debete iterari, quia & varijs Doctores reputant Ordinem esse legitimè collatum, & non est credibile Pontificale Romanum sequatum esse opinionem, secundum quam non manaret omnino ritus, qui ordinatur. Et denique minor necessitas, & perfectio horum Ordinum facit ut minori certitudine debeamus esse contenti. Quare in praxi non video sufficientem probabilitatem, ut possit, vel debeat aliquis praedictorum Ordinum iterari, nec de his agitur in illo cap. sup. citato. Secundum est, in Presbyteratu, & Diaconatu esse sufficientem probabilitatem ut ordinari sine reali coexistente materia, & forma, possit iterare Ordinem sub conditione. Probatur, ut quia Caeteranus, & Nauarrius, viri doctissimi, sentiunt Ordinem aliter esse nullum. Tunc, quia isti Ordines sunt multo sacraiores, magis que necessarij, & ratio dictat in eiusmodi rebus querendam esse maiorem certitudinem; tum denique, quia in his Ordinibus peculiariter notat Pontificale, ita profert verba formæ, ut simul concurrere possint cum materia. Ex quo vltius infert, saltem esse probabile Sacerdotem praedicto modo ordinatum, teneri iterum petere Ordinem sub conditione; Diaconum vero non ita. Et haec omnia docet etiam Iacobus Granado vbi supra.

RESOL. XVII.

An Episcopus possit supplere aliquem defectum ordinacionis quouis tempore?

Et an quando supplendum est aliquis defectus Ordinum,

non sit necessarium reiterari omnes ritus Ordinum, sed

ille solus, in quo defectus commissus fuerit?

Et an sine peccato possit suppleri aliquis defectus, quin

Episcopus induatur vestibus sacris? Ex part. 5. tra. 14.

& Mise. 2. Rel. 63.

Sup. hoc in Ref. seq. & in Ref. 4. tra. 8. Rel. 10. ex doctrina §. Notar. paulo post initium à vers. Item nota.

§. 1. **O**Rdinatus, verbi gracia, est aliquis, & non tetigit calicem, vel librum, aut instrumentum, in cuius tactu comprimitur character, vel in Calice non fuit appositum vinum, &c. quaritur an eiusmodi iteratio possit fieri quouis anni tempore? Casus est probabilis, & negatiuam sententiam docet Tom. Sanch in opusc. tom. 2. lib. 7. c. 1. dub. 13. n. 7. vbi citat glossam, Panorm. Innocentium, D. Antonium, Tabienam, Angelum, & Henriquez, assertens talern supplementationem non posse fieri quouis tempore, sed tantum illo tempore, quo Ordines possunt celebrari. Et ratio est, quia supplete eiusmodi defectum, saltem si sit substantialis, est conferre sacramentum Ordinis saltem sub conditione, sed in iure prescriptum est tempus, extra quod non licet sine priuilegio conferre sacramentum Ordinis. ergo neque liebit supplere defectum saltem substantialem.

2. **N**on definiam tamen hic pro curiosis adnotare,

contraria sententiam tanquam probabilem docere Iacobum Granado in 3. p. de Sacra, contr. 9. tract. 1. diff. 3. vbi sic ait. Probabile est quod viri docti in me confulti opinantur quouis tempore licet praedictus defectus suppleret. Probator everto fundamento, cui inniti potest contraria opinio. Etenim propriè loquendo, suppleret eiusmodi defectus non est Ordines celebrare, sed potius proficer id quod imperfectè præstum est tempore ordinationis, nec sententiam sunt repetendæ ceremonie omnes, aut Sacramentum ministrandum, sicut in diebus Ordinum ministrandi soleat, sed præcisè iteranda saeculo sub conditione ea ceremonia, quæ omista est, verbigratia, iterandus contactus instrumentorum, aut quid simile, quod potius est veluti appendix Ordinum praedictum. Vnde in c. pastorali, de Sacramenta, iterando, cum quidam in confirmatione delinitus esset oleo, & non chrismate, quod secundum veram opinionem est de essentiis sacramenti Confirmationis, respondit Pontifex nihil esse iterandum, sed casu supplementum, quod incaute fuerit praetermissum, quasi dicetur, solum repetendum est essentiale quod deficit reliquo omniis, idque stat, ita ut scilicet vicietur. Facit in huius rei confirmationem quod non minus videatur cadere sub praetexto ceremonie, & ritus, quibus Ordines celebrantur, quia tempus iure praefixum; sed cum supplendum est decessus praedictus, non oportet iterari omnes ritus Ordinum, sed ille solum, in quo defectus consilius fuerat; ergo nec oportebit expectari tempus iure praefixum. Imo addunt aliquis ob eadem ratione posse sine peccato suppleri praedicta defectio, quia Episcopus induatur vestibus sacris, qui id enim pertinet ad solemnitatem requisitum, cum Ordines celebrantur, non vero cum defectus supplentur, nam est incerta, & dubium non est, quin oppositione sit tunc, & magis pertinet ad reverentiam sollemnitatis, imo alii videtur certum id esse necessarium. Haec omnia Iacobus Granado loco citato, cuius sententiam improbablem esse non audeo dicere.

RESOL. XVIII.

An si in aliqua ordinatione non fuit v.g. applicata substantia materia, possit die sequenti ab ubi non expellere aliam ordinationem?

Et an

sit

necessarium, ut in Ecclesia, vel alio publico de defectus supplatur, vel sit in secretiori loco?

Et an

defectus possit suppleri a quocunque Episcopo?

Et si

erritur in defectu substantiali iterando, quoniam ea quæ omessa sunt, vel de quibus dubitatur?

Et an

licet

ad eudem die tam minores quam maiores intrare, vel in magis consulum si minores ordines cum subdiaconatu uno die, & diuini sequentes diaconatum, & Sacerdotium sufficiere?

Et quare

an aliquis Episcopus ordinis aliquo

præficialia exercere possit in loco excepto de lectione ordinarij illius loci, nulla ab Episcopo (intra omnes diecœs) locus ille est exceptus, si requiratur lectionis?

Et quid, si locus exceptus ad nullum Diaconum præteriret? Ex part. 9. tr. 8. & Mise. 3. Rel. 29.

§. 1. Ex Granado alibi affirmatam sententiam tenui, quam scio placuisse multis Episcopis; tunc addo, tandem sententiam docere nouissimè Parrem Quintanaduenas in Theol. mor. 2. c. 1. G. singul. 1. firmat enim ex multorum Recensentium sententia, eos, qui statutis à Iure reportibus, & cetero, non nisi ordinati sunt, si postea cognoscatur aliquis defectus non substantialis ad valorem Ordinis in sua Ordinatione inter-